intercedentibus ipius meritis a domino meruit exau
diri. Instante enim iam nocte sue festiuita
tis. circa crepusculum beatus Franciscus incarce
rem misericordiae descendit. et illum suo nomine uo
cans. ut sacro surgeret imperauit. Qui timore
perterritus. quis nam esset interrogans. beatum Fran
ciscum adesse audiuit. Cuius uirtute presencia
e uiri sancti, uincula pedum suorum confracta conspi
cit cecidisse. et tabulas carceris clauis ul
tro prosilientibus aperiri. et apertum iter sibi ad ex
eundum preberi. Solutus tamen et obstupefactus. fugere
nesciebat. sed ad ianuam clamans. custodes
omnes perterruit. Qui cum eum liberatum auunculis episcopo
nunciasset. post cognitum ordinem rei ad car
cerem pontifex deuote accessit. et manifeste
dei uirtutem cognoscens. ibidem dominum adorauit.
Vincula quoque coram domino papa et cardina
libus delata fuerint. qui uidentes quod factum fuerat
Guidolocte ¶ admirati plurimum benedixerunt deum.
de sancto Geminiano. falso accusatus fu
it. quod ueneno interemerat quendam uirum.
et quod eodem genere mortis. filium eiusdem uiri. et

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 109v – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/109v)